

## PRECIO EN MADRID

Por tres meses..... 8 rs.  
 Por seis..... 15.  
 Por un año..... 28.

## BOLETIN

## EN PROVINCIA PORTE FRANCO.

Por tres meses.... 12 rs.  
 Por seis..... 25.  
 Por un año..... 44.

## ECCLESIASTICO OFICIAL DE LA DIOCESIS DE TOLEDO.

Se publica todos los DOMINGOS con licencia de la Autoridad eclesiástica.

**Bula del Sr. Inocencio XIII, dirigida á España, que debe tenerse muy á la vista.**

§. 28. Quo vero ad iudices conservatores, et modum, ac facultatem procedendi in causis civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere possint, inviolate custodienda erit norma præscripta in constitutionibus felic. recordat. Innocent. IV, Alexand. IV, Bonifacii VIII, Gregorii XV, aliorumque romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum hac de re editis, necnon in decretis concilii Tridentini, sub pœnis ibidem contentis, quas præsentis nostræ Constitutione innovamus, et confirmamus; hoc etiam addito, ut iidem iudices conservatores, et mandatorum suorum executores exhibere debeant Episcopis, aliisque locorum ordinariis litteras suæ deputationis, quarum vigore procedere intendant.

§. 29. Enixe denique, et ex intimo paterni cordis nostri sensu omnes è religiosissima Hispanica natione monemus, ut memores sint teneri se exacte, firmiter, et cum effectu observare etiam omnia, et singula in cæteris omnibus ejusdem Tridentini concilii decretis sancita. Et ne eorum executio post hac ullo modo impediatur, aut retardetur, decernimus, et declaramus nullum pro impedienda, aut suspendenda executione conciliarium sanctionum ejusmodi, aut decretorum, quæ ab ordinariis edita fuerint pro executione pariter eorum, quæ in ipso concilio statuta sunt, suffragari posse, ac debere contrarium privilegium, quod ante prædicti concilii promulgationem à Sede Apostolica obtentum fuerit, nisi etiam post ipsum concilium fuerit in forma specifica ab eadem Apostolica Sede confirmatum, vel noviter concessum, itemque obstare non posse ullum statutum, vel concordiam, quæ à prædicta Apostolica Sede specialiter confirmata non sit, neque quemcumque longævum non usum, aut contrariam consuetudinem, vel præscriptionem etiam centenariam, vel immemorabilem, nisi forsitan præfate consuetudinis, aut præscriptionis materia capax sit, et insuper consuetudo, aut præscriptio immemorabilis probata jam sit, et admissa à competenti iudice per tres sententias conformes vel per unam, quæ in iudicatum transierit, nec demum quamcumque appellationem, sive inhibitionem etiam temporariam; reservato dumtaxat recursu in devolutivo ad memoratam congregationem cardinalium ejusdem concilii interpretum; quibus etiam tanquam executoribus in præsen-

**Bula del Sr. Inocencio XIII, dirigida á España, traducida al castellano.**

§. 28. En cuanto á los jueces conservadores y al modo y facultad de proceder en las causas civiles, que puedan pertenecer á su conocimiento, ha de guardarse inviolablemente la norma prescrita en las constituciones de Inocencio IV, Alejandro IV, Bonifacio VIII, Gregorio XV y de otros romanos Pontífices nuestros predecesores de feliz recordacion, dadas sobre esta materia, y lo determinado en los decretos del Concilio Tridentino, bajo las penas allí establecidas, las que por la presente nuestra constitucion innovamos y confirmamos; añadiendo el que los mismos jueces conservadores y los ejecutores de sus mandatos deberán exhibir los obispos y otros ordinarios de los lugares respectivos las letras de su deputation en cuya razon intenten proceder.

§. 29. Amonestamos eficazmente y de lo íntimo de nuestro paternal corazon á todos los individuos de la religiosísima nacion española, que tengan presente que están obligados á observar exacta y firmitemente y llevar á efecto todas y cada una de las cosas sancionadas en todos los demas decretos del mismo Concilio Tridentino. Y para que su ejecucion no sea en lo sucesivo estorbada ó retardada en manera alguna, decretamos y declaramos que no puede, ni debe sufragar ningun privilegio contrario que se hubiere obtenido de la silla Apóstolica antes de la promulgacion de dicho Concilio, si tambien no hubiese sido confirmado despues del mismo Concilio en forma especifica por la misma Sede Apóstolica, ó concedido de nuevo, para impedir ó suspender la ejecucion de las sobredichas sanciones conciliares, ó decretos que para la dicha ejecucion dieren los ordinarios; y asi mismo no podrán obstar ningun estatuto ó concordia que no sea especialmente confirmada por la dicha Sede Apóstolica, ni cualquier largo no uso, ó contraria costumbre, ó prescripcion aun centenaria, ó inmemorial á no ser que por acaso la materia sea capaz de dicha costumbre ó prescripcion, y ademas la costumbre ó prescripcion inmemorial esté ya probada y admitida por juez competente y tres sentencias conformes, ó una que haya pasado en autoridad de cosa juzgada; ni por último pueda obstar cualquiera apelacion ó inhibicion aun temporal; reservando solo el recurso en el devolutivo á la memorada congregacion de cardenales intérpretes del mis-